# PROF. HERMANN VON DER HARDT

| | |
|---|---|
| Fakultät | Philosophische Fakultät |
| Geboren | 1660 in Melle bei Osnabrück |
| Gestorben | 1746 in Helmstedt |
| Kurzvita | Phil. Prof. d. orientalischen Sprachen in Helmstedt (1690–1727); hielt weiter Vorlesungen bis 1744; |
| Porträt | HAB: A 8856 |
| Quelle | Ahrens 2004, S. 102 f. |
| GND | https://d-nb.info/gnd/118701568 |
| Permalink | https://uni-helmstedt.hab.de/prof-95-hardt |

## Lehrstühle

1690–1727 Lehrstuhl für orientalische Sprachen, Helmstedt

## Akademische Ämter

1699–1700: Universität Helmstedt, Prorektor

1700: Universität Helmstedt, Bibliothekar

1701–1702: Universität Helmstedt, Prorektor

1703–1704: Universität Helmstedt, Prorektor

1723–1724: Universität Helmstedt, Prorektor

1729–1730: Universität Helmstedt, Prorektor

## Ämter

1688: Braunschweig-Lüneburg, Bibliothekar

1688: Braunschweig-Lüneburg, Geheimer Sekretär

1699: Marienburg, Probst

## Vorlesungen (113)

Hermannus von der Hardt ad expeditam Hebraicorum Fontium lectionem Auditores deducturus, a primis ordietur principiis, ac brevissimis praeceptis Hebraeae Linguae fundamenta complectetur. Quo facto, per spatiosissimum Philologiae campum pedetentim ad alteriora perget, nihil eorum praeteriturus, quae ad Antiquitatis Hebraicae notitiam spectant. [...] Docet hor. VIII., Wintersemester 1690/1691

Privatim desideriis & profectibus singulorum omni modo consulet., Wintersemester 1690/1691

Hermannus von der Hardt a Judaeorum precantium Ritibus, quos proxime demonstravit, ad Enarrationem aliorum Rituum Judaicorum, quos per aestatem, a Festo Paschatos usque ad Festum Tabernaculorum celebrant perget, & ingentem illius notitiae usum porro explicabit. [...] Docet hora VIII., Sommersemester 1691

[...] Privatim Auditores in Hebraicis exercitatos, ad Chaldaica, Syriaca & Rabbinica ulterius adspirantes, omni fide & diligentia juvabit., Sommersemester 1691

Hermannus von der Hardt Superiori semestri ritus Judaeorum sacros aestivos, a mense יאייר usque ad finem anni Judaici, mense אלול ordine descripsit. Hac ergo hyeme ritus sacros brumales a ראש השנה novi anni auspiciis mense תשרי usque ad festum Paschatos mense ניסן , distincte explicabit. Quae in singulis Feriis Judaeis adhibeantur externa festivitatis ornamenta vel instrumenta, oculis manibusque omnium porro exhibebit. Origines quoque consuetudinem & genuinas causas subindicabit. [...] Docet hora IIX., Wintersemester 1691/1692

[...] Privata studia Hebraica, Chaldaica, Syriaca, Rabbinica, & affinia, superiori aestate magna diligentia tractarunt Auditores. Ut eorum aliqui integros, a capitate ad calcem, perlegerint Fontes. Nec pauci idem adhuc strenue agunt. Quare eandem operam hoc semestri aliis, qui desiderarunt, jam consecravit. Uberioremque rem philologicam profectioribus suppeditabit, ut magnam in Auditoribus discendi cupitditatem expleat., Wintersemester 1691/1692

Hermannus von der Hardt ritus Judaeorum sacros brumales superiori semestri ordine exposuit, & fontes singulorum monstravit, usque ad Festum Tabernaculorum progressus. Quae ergo restant celebritates Judaicae, in primis, פסח, פורים, חנוכה, שמחת תורה solicitudine describet; Et quae Judaeis in singulis Festis comparata pretio oculis manibusque Auditorum porro exhibebit: Eademque dein delineata ac aeri incisa majoris lucis ergo omnibus communicabit.[...] Docet publice hora VIII., Sommersemester 1692

Privatim in Collegiis Hebraicis, Chaldaicis, Syriacis, Arabicis, Rabbinicis, Exegeticis Philologicis, ut hactenus, indefesso labore perget, nihil intermitturus quod ad intelligendos Fontes pertinere possit., Sommersemester 1692

[...] In privatis collegiis vota ac desideria Studiosorum implere non definet profectibus eorum omni modum consulturus. Ephemerides quoque Philologicas in communem Studiosorum usum publicabit quarum Prodromum typographus jam dedit., Wintersemester 1692/1693

Hermannus von der Hardt Ritus Judaeorum sacros, quibus per totum anni circulum in diebus festis superbiunt, ordine explicatos, addita censura, proxime absolvet. Affines dein alias Judaeorum celebritates & jura Sabbati nempe & Circumcisionis, dilucide exponet. Quorum cognitio difficilibus Scripturae locis magnam affundit lucem. [...] Docet publice hora IIX., Wintersemester 1692/1693

Hermannus von der Hardt Ex quo "scenam Judaeorum Sabbaticam" הלכות שבת absolvit, subjunxit הלכותעירובין"artes & strategemata Judaeorum", quibus sub novo rituum habitu Sabbati sui rigorem eludabit. In his igitur pertexendis sedulo erit occupatus. Posthaec perget ad הלכות מילה "Circumcisionis Judaicae spectacula", ut illius jura & ritus describat. [...] Docet publice hora VIII., Wintersemester 1693/1694

Privata Collegia Chaldaica, Syriaca, Rabbinica, aliaque Philologica continuabit., Wintersemester 1693/1694

Hermannus von der Hardt absolutis ritibus ac legibus Judaicae circumcisionis, & praecipuis Judaeorum rebus breviter explicatis, ad aliarum Linguarum Orientalium cognitionem ducere Auditores coepit. Quam operam perficiet. Dein ad Rabbinismum exponendum perget. [...] Docet publice hora VIII., Sommersemester 1694

Privatim Collegia Hebraica, Rabbinica, Philologia Exegetica, partim continabit, partim inchoabit., Sommersemester 1694

Hermannus von der Hardt Syriasmi usu in Exegesi Novi Test. ostenso, ad Rabbinici studii fundamenta publice declaranda perget. Posthaec nobiles Ben Syrae sententias morales cum Commentario Rabbinico in gratiam Studiosorum in lucem revocabit, easque ennarabit, ut facilitatem & usum studii amplissimum agnoscant., Wintersemester 1694/1695

Privatim Collegia Philologica continuabit., Wintersemester 1694/1695

Hermannus von der Hardt Quod superiori semestri Studiosis commendavit Studium Rabbinicum, ejus continuandi & perficiendi avidos, ex illorum voto, his literis & hoc semestri sedulo & fideliter porro imbuet. Qui proinde in מכלל יופי utilissimis & ad Exegesin sacram poene necessariis Philologicis in Scripturam scholiis R. Salomonis ben Melech explicandis fuit occupatus, in illis praelegendis atque illustrandis perget, ut complusculi absolvantur libri. R. Abarbanelis dein, vel & R. Davidis Kimchi Commentatiunculas diffusiores, ob varietatem styli & materiae subjunget. [...] Docet publice hor. IIX., Sommersemester 1695

[...] Privatim collegia Hebraica & Philologica pertexet., Sommersemester 1695

Hermannus von der Hardt R. Salomonis ben Melech, Abarbanelis & Raschii Commentariis quibusdam Rabbinico-Philologicis in Fontes Hebraeos superiori semestri publice explicaris addet & Kimchii & Aben Esrae Rabbinica scripta, usu suo omnibus doctis commendatissima. [...] Docet hora VIII., Wintersemester 1695/1696

[...] Dein & Masorae indolem exponet, eamque juxta feriem aliquorum Scripturae librorum evolvet ac illustrabit. [...] Docet hora VIII., Wintersemester 1695/1696

[...] Privatim Collegia Rabbinica aliaque Philologica continuabit., Wintersemester 1695/1696

Hermannus von der Hardt Ex Rabbinicis & Chaldaicis Exegesi sacrae parari subsidium, superioribus mensibus ostendit. Proxima aestate Syriaca illustrabit. [...] Docet publice hora IIX., Sommersemester 1696

Privatim Philologiae partes alias, Ritualem praecipue Judaicae gentis disciplinam, explicabit., Sommersemester 1696

Hermannus von der Hardt Syriaco Matthaeo ad XI. caput hactenus explicato, Arabicam quoque Genesin publice ennarabit, quando typis Arabicis nostra fuerit instructa typographia. Interea R. Salomonis ben Melech Michlal Jophi, ordinariam & elegantem Rabbinicam glossam in Genesin explicabit, ut Philologiae Studiosorum desideriis satisfiat., Wintersemester 1696/1697

Hermannus von der Hardt R. Salomonis ben Melech eleganti Glossa Rabbinica ordinaria in Genesin publice explicata, ad praeclarum & ingeniosum libellum Rabbinicum צחקן מלומד ומתחרט De Aleatore arguto eoq. converso, enarrandum se componet, vel & Masorae indolem explicabit, editis concisis in Masoram commentariis novissimis R. Judae Derschen, prout Philologiae cultorum profectibus inserviendum videbitur. [...] Docet publice hora IIX., Sommersemester 1697

[...] Privatim alia Philologica studia sedulo propagabit., Sommersemester 1697

Hermannus von der Hardt a Rabbinis publice illustraris ad Danielem & Esdram Chaldaeorum ore loquentes se convertet, horum quoque peregrinas orationes publice ennaraturus., Wintersemester 1697/1698

Privatam operam Philologicis aliis rebus tractandis porro impendet., Wintersemester 1697/1698

Hermannus von der Hardt in Philologica Historiae Saulis & Jonathanis exegesi, juxta Fontium Hebraicorum tenorem instituta, perget. [...] Docet publice hora VIII., Wintersemester 1698/1699

[...] Neque intermittet privatim, ut superioribus mensibus Hoseam, ita sequentibus alium Prophetam, juxta philologicae interpretationis regulas recensere. [...], Wintersemester 1698/1699

[...] Nec non ritus & antiquitates Judaeorum pertexet, ipsis perquam raris religionis Judaicae instrumentis demonstratis, quae in quolibet festo adhiberi solent., Wintersemester 1698/1699

Hermannvs von der Hardt quam superiori semestri Philologicam Historiae Abrahami instituit Enarrationem, Juris Judaeorum publici antiqui fundamenta demonstraturus, eam sedulo continuabit. [...] Docet publice hora IIX., Sommersemester 1701

[...] Privatim alia Philologiae sacrae argumenta pertractabit, Syriacis inter alia tradendis operam

daturus., Sommersemester 1701

Hermannus von der Hardt postquam Juris Judaeorum publici antiqui fundamenta in Mosaica Abrahami historia superiori anno demonstravit: [...], Wintersemester 1701/1702

[...] Quantum per Magistratum, quem gerit ,dabitur otii, eandem telam per lsaaci historiam pertexet; [...], Wintersemester 1701/1702

[...] privatim alia quoque studia Philologica sedulo promoturus., Wintersemester 1701/1702

Hermannus von der Hardt Philologicam historiae Patriarchalis enarrationem, pro antiquo publico Judaeorum jure illustrando, ut per Magistratus Academici negotia licebit, sedulo continuabit. Docet publice h. VIII., Sommersemester 1702

Hermannus von der Hardt / Postremos Prophetae Hoseae libellos, ultimo Israelitarum rege Hosea in gentis exitium octennio scriptos, Rabbinorum Commentariis stipatos, ex arte philologica porro enarrabit, & brevi absolvet: Alias dein Judaeorum res illustraturus: Quem in finem celebris R. Abrahami Jagelis nervosum Judaicae rei compendium, Gallis, Anglis, Batavis, Germanis, Suecis, non minus ac Judaeis percharum, ex Rabbinica Academiae officina resuscitavit. [...], Wintersemester 1704/1705

[...] Privatim Chaldaica quoque & Syriaca studia promovebit., Wintersemester 1704/1705

Hermannus von der Hardt / Ling. Or. Prof. Ord. Demonstratis superiori semestri Judaeorum antiquitatibus in Arca foederis, nec non recensitis denuo Hoseae Prophetae 29. libellis, juncto R. Salomonis Commentario, alios nunc Judaeorum ritus illustrabit, & Amosum Prophetam ad Philologiae normam ennarabit. [...] Docet publice hora IX., Sommersemester 1707

Privatim alia Philologia momenta ex usu Auditorum futura expediet., Sommersemester 1707

Hermannus von der Hardt / Prophetis minoribus, Joele, Amoso, Obadia, Nahum, Habacuc, Zephania, Haggaeo, & Zacharia, pro Philologiae arte, ex antiquitatis fontibus, juxta historiae & veteris geographiae praesidia, superiori semestri curate recensitis: Proxima hyeme Malachiam, dein Jeremiam pari fide & industria ad Fontium tenorem explicabit. [...] Docet publice hora IX., Wintersemester 1710/1711

Privatim Jobo, credito perquam obscuro, suam lucem reddet., Wintersemester 1710/1711

Aliis philologiae partibus suas dabit horas., Wintersemester 1710/1711

Hermannus von der Hardt / Daniele & Esra Chaldaeis, cum veteri Chaldaica Jonathanis in Hoseam versione, per hyemem recensitis, aestatem Syriaco Novo dabit Testamento. [...] Docet publice h.IX., Sommersemester 1711

Privatim qui ex Fontibus Hebraicis philologice explicandi sint Prophetae majores, minoribus nuper absolutis, dies docebit., Sommersemester 1711

Hermannus von der Hardt AbenEsra, Raschio, & Abarbanele per aestatem recensitis, Threnos primum, dein Ecclesiasten, pro Hebraicorum Fontium luce, publice recensebit [...]. Docet publice hora IX., Wintersemester 1712/1713

Privatim illa versabit argumenta, quae Studiosis profutura animadvertet., Wintersemester 1712/1713

Hermannus von der Hardt / In Pentateucho succincte recensendo perget. Docet publice hora IX., Sommersemester 1713

Hermannus von der Hardt / Hebraico Mosis ore per aestatem observato, hyems sibi vindicabit Chaldaica Danielis labra. Docet publice hora IX., Wintersemester 1713/1714

Hermannus von der Hardt / Finitis per hyemem Exegeticis in Esaiam, Geographicis & Chaldaicis: Per aestatem Jobum, Antiquitates Hebraeorum, & Fundamenta Hebraica, publice partim, partim

privatim illustrare allaborabit., Sommersemester 1714

Hermannus von der Hardt Chaldaicis, tum ex Daniele tum Targumim, ante ferias Paschalas ex remota anitquitatis origine expeditis, & Exegesi luculentiore illustratis: Syriaca locum porro habebunt, pari clara antiqua hebraicum, curate observandum, pro Fontibus sacris recensendis, revertendum. Docet publice h. 9., Wintersemester 1714/1715

Hermannus von der Hardt / Chaldaicis, tum ex Daniele tum Targuimim, ante ferias Paschales ex remota antiquitatis origine expeditis, & Exegesi luculentiore illustratis: Syriaca locum porro habebunt, par clara antiqua luce ulterius beanda. A quibus ad os Mosis & Prophetarum hebraicum, curate observandum, pro Fontibus sacris recensendis, revertendum. Docet publ. h. 9., Sommersemester 1715

Hermannvs von der Hardt/ Quantum in magistratu, quo fungitur, Academico permiserint negotia, praeter Syriacam ad Philemonem Pauli Epistolam, momentosum ex Talmude librum tfkm tkm, Σύνταγμα μαστιγμάτων, De poenis Judaeorum, exilio & refugio, recensebit publice. Docet h. 9., Wintersemester 1715/1716

Hermannus von der Hardt / Explicatis ante serias Paschales Psalmis quinque, XC. XCI. XCII. XCIII. & XCIV. [...] Docet publice h. IX., Sommersemester 1716

Et libro Esthere illustrato: Librum Mischnicum מסכת מכות privatim recensebit [...]., Sommersemester 1716

[...] publice Hebraeae linguae fundamenta curate & dilucide tradet. Docet publice hora IX., Sommersemester 1716

Hermannus von der Hardt / Hebraeae lingua fundamentis ex primis principiis curate illustratis, pro methodi in linguis brevitate & perspicuitate, in Fontibus Hebraicis unum alterumque libellum solide recensebit, post ad chaldaica, pro Daniele illustrando, dein & Syriaca, in Novi Testamenti lucem, progredietur. [...] Docet publ. hora IX., Wintersemester 1716/1717

Privatim Philologicorum commoda observabit., Wintersemester 1716/1717

Hermannus von der Hardt / Levitico ad Fontium Hebraicorum tenorem per hymem publice recensito, ac centenis locis obscuris cum cura illustrato, Fundamenta linguae hebraicae tradet, & alia, quae ad peramplum philologiae usum cognoscendum conducunt, expediet. Docet publice hora IX., Sommersemester 1717

Hermannus von der Hardt / postquam Leviticum ut & Exodum publica ad Hebraeos fontes recensione hoc anno absolvit, Fundamentis etiam hebraicis alia hora publica curate explicatis, & circa Johannis seriam finitis, in Deuteronomico illustrando jam est occupatus, innatam linguae indolem demonstrando, veram antiquitatis Judaicae & exterae conditionem commemorando, geographicos quoque Commentatotorum errores ingenti numero detegendo corrigendoq[ue]. Absoluto Deuteronomio parem subjunget in honorem praesentis Jubilaei ennarrationem Numerorum: ut studiorum solidiorum Fontiumque sacrorum, quae ante haec duo secula & per Reuchlinum suscitata, justa celebretur memoria, opere magis quam verbis, divini beneficii quondam parti sedula conservatione, decenti majorum aemulatione, uberioreque doctrinae serenioris cultura. Docet publice hora IX., Wintersemester 1717/1718

Hermannus von der Hardt / postquam superiori anno Leviticum, Exodum, Deuteronomicum, Numeros, publica recensione juxta Fontes hebraeos pertexuit, & hoc anno Genesin recensere coepit, hunc codicem curate recensendo absolvet: Dein ad Chaldaica, pro Daniele intelligendo, divertet. Docet publice h. 9., Sommersemester 1718

Hermannvs von der Hardt / illustratis Hebraeae linguae fundamentis, Prophetae ad fontium hebraeorum tenorem recensebit, ut philologiae usum nanciscantur auditores, officiis futuris accommodatum. Docet publ. h. 9., Wintersemester 1718/1719

Hermannus von der Hardt in praeclari Judaicorum rerum scriptoris Josephi, & Fontium Hebraicorum, Josuae imprimis lucem, Palaestinam curate illustrabit, methodo nec a Relando nec alio quoquam tenata. Docet hora IX., Sommersemester 1719

Hermannus von der Hardt Prophetas Naebum & Habacuc pro fontium hebraicorum tenore ex Assyriorum & Scytharum historia recensere constituit; ampliores antiquitatis judaicae res alio opere in publica commoda illustraturus. Docet hora. IX., Sommersemester 1720

Hermannvs von der Hardt / recensuit publice superiori semestri juxta fontes hebraicos, ex nativa linguae indole, accitis remotae antiquitatis, historiae & geographiae veteris praesidiis, Hoseae libellos XXIX. Michae XVI. Nachumi II. Habacuci II. Zephaniae III. & Haggaei IV. Addet iam per aestatem Zachariam, Malachiam, & Jeremiae partem, pari studio. Docet publice hora IX., Sommersemester 1721

Hermannvs von der Hardt postquam superiori semestri, in hebraicis, de priscis judaeorum rebus, ut & in vicariis graecis, publice gemina quotidie hora Apocalypsin Johannis, Evangelium Marci, priorem Pauli epistolam ad Timotheum, & integrum Proverbiorum Salomonis volumen, pertexuit, aestati jam dabit, deo arbitro, magnum corpus Jobi. Docet publice hora IX., Sommersemester 1723

Hermannvs von der Hardt absoluto Jobo, quantum per academici magistratus negotia licebit, Jeremiam aliave antiquitatum judaicrum momenta praeclara in hebraico codice illustrabit. Docet publice hora IX., Wintersemester 1723/1724

Hermannvs von der Hardt postquam superiori anno Proverbia & Jobum, asperos & obscuros duos codices, ad fontium hebraicorum tenorem, pro philologica arte publice recensuit, sensum genuinum ex officii regula detegendo curateque illustrando, antiquitatum judaicarum semper memor; quando ex voto & desiderio auditorum in geographia sacra illustranda ab anni hujus exordio per fines jam itum, praelectiones has continuabit, quid ex auditorum usu, officii debito, & academiae honore bene cedat experturus. Docet publice hora IX., Sommersemester 1724

Hermannvs von der Hardt absoluto ante Michaelis ferias hebraico Josua, pro illustranda Palaestinae geographia; Josephi libellum de vita sua, exteri exempli loco, pertexet, pro clariore in Palaestinam luce: Dein Judicum librum recensebit, eodem scopo similique fructu. Docet publice hora IX., Wintersemester 1724/1725

Herm. von der Hardt / philol. hebr. prof. postquam superiori semestri Genesin integram, & Exodum usque ad Caput XX. in fontibus hebraicis, sensu literali, pro linguae indole, antiquitatis tenore, & Palaestinae situ, sollicite recensuit, hac semestri, reliquam Exodi, cum Levitico & Numeris, cum cura pertexet, pari philologiae lege. Docet publice hora IX., Sommersemester 1725

Hermannvs von der Hardt in philologica fontium hebraicorum recensione Leviticum & Numeros superiori semestri absolvit: a feriis Michaelis ad finem huius anni pertexet Deuteronomium: a januario sequentis anni ad festum paschatis illustrabit Judicum librum, cum Josuam superior annus sibi vindicaverit. Docet publica hora IX., Wintersemester 1725/1726

Hermann von der Hardt cum superiori semestri per hyemem philologice ad fontes hebraicos recensuerit ex Mosis corpore Deuteronomium, ex minoribus prophetis Joelis, Obadiae, Amosi, & Hoseae libellos; per aestatem Michae, Nahum, Habacuc, Zephaniae, Haggaei, Zachariae & Malachiae opuscula pari fide pertexet. Docet publice hora IX., Sommersemester 1726

Hermannvs von der Hardt / finitis superiori semestri aestivo duodecim prophetis minoribus ad fontes hebraicos, ad libros historicos rencensendos ab innumera geographica & historiae judaicae documenta progredietur, post Josuam, quem superiori anno illustravit, a libro judicum initium facturus. Legit publice hora IX., Wintersemester 1726/1727

Hermannvs von der Hardt, postquam in fontibus hebraicis per hyemem recensuit Deuteronomium, res Hiskiae, Sancheribi, Sethonis & Tearconis, Es. cap.20.19.18.17 & Danielis partem, aestate

judicum Samuelis & regum libros illustrabit. Docet publice hora IX., Sommersemester 1727

Hermannvs von der Hardt/ ex suprema Serenissimae Domus Brunsvicensis voluntate, in Historiae literariae reformationis Tomo II. & III. ex reconditis seculi XV. Msctis contexendo est occupatus., Wintersemester 1727/1728

Hermannvs von der Hardt/ in demandata ipsi a Serenissimis Potentissimisque Principibus provincia, Tomus II. historiae literariae reformationis, de fundo reformationis quoad regimen ecclesiasticum, ex numerosis Msctis contexuit, in Tomo III. pari scopo ex multis praeclaris MSctis apparando jam occupatus, quartum etiam subjuncturus., Sommersemester 1728

Hermannvs von der Hardt/ in demandata ipsi a Serenissimis Potentissimisque Principibus provincia, Tomus II. historiae literariae reformationis, de fundo reformationis quoad regimen ecclesiasticum, ex numerosis Msctis contexuit, in Tomo III. pari scopo ex multis praeclaris MSctis apparando jam occupatus, quartum etiam subjuncturus., Sommersemester 1728

Hermannvs von der Hardt/ ex Serenissimorum Nutritiorum voluntate in historia literaria reformationis contexenda quatuor Tomos sedecim voluminibus scriptis absolvit, quae celsissimus Curiis submisit, quintum tomum additurus; posthaec ad Basilensis Concilii vastum opus ex reconditis Mscptis concinnandum progredietur., Wintersemester 1728/1729

Hermannus von der Hardt, qui,ex Potentissimorum Serenissimorumque Principum Nutritiorum, nostrorum clementissimo jussu, superiori anno, continuatae historiae literariae reformationis, profundo illius demonstrando, XVI. volumina manu exarata, Magnificentissimo Directorio misit, in quibus ducentae imagines affabre pictae; nunc & in Concilii Basileensis basi ex antiquis MSCtis detegenda occupatus est., Sommersemester 1729

Hermannvs von der Hardt in eruderandis monumentis Concilii Basileensis, MSCtorum ope, perget, quantum ex magistratu academico, quem gerit, supererit temporis; Hussiticorum ineditorum apparatu, viginti voluminibus manu exaratis comprehenso, jam praesente., Wintersemester 1729/1730

Hermannvs von der Hardt aureum MSctum codicem nunc volvit, quem ex Creniana bibliotheca aliquot aureis nuper redemit, qui ad Concilii Basileensis fundum & aestam spectat, quo historia pontificum ducentorum fere annorum, a Nicolao III. a. 1277 usque ad Nicolaum V. imaginibus & aenigmaticis symbolis LVI. pereleganter pictis nitide est effigiata., Sommersemester 1730

Hermannvs von der Hardt in lustrandis seculi XV. MSctis occupatus est., Sommersemester 1730

Hermannvs von der Hardt caliginosa seculi XV. monumenta perscrutatur in magni Basileensis concilii lucem., Wintersemester 1730/1731

Hermannvs von der Hardt aureum MSctum codicem nunc volvit, quem ex Creniana bibliotheca aliquot aureis nuper redemit, qui ad Concilii Basileensis fundum & aestam spectat, quo historia pontificum ducentorum fere annorum, a Nicolao III. a. 1277 usque ad Nicolaum V. imaginibus & aenigmaticis symbolis LVI. pereleganter pictis nitide est effigiata., Sommersemester 1731

Hermannvs von der Hardt illustrat symbolicas XXX. pontificum imagines, a Nicolao III. usque ad Nicolaum V. in pretioso & pereleganti vetusto volumine MSCto quod Franciscus Pipinus Bononiensis, Ordinis Praedictorum, anno 1314. in chronico suo Abbati tribuit Joachimo Calabro; a Theophrasto Paracelso, Johanne Adrasder, Paschalino Regiselmo, & Petro Schalichio, lustratum; sed ob ignoratum reconditum scopum tenebris fuerat relictum., Wintersemester 1731/1732

Hermannvs von der Hardt pro Concilii Basileensis fundo, & fatorum in reformatione nexu, in fastis mille annorum, ab anno 700. usque ad nostra tempora, 1700 concinnandis, occupatus est., Sommersemester 1732

Hermannvs von der Hardt Codices MSCtos Wilhelmi de S. Amore, anni 1255. Jacobi de Theramo,

anni 1380. & Purvaei a. 1390. perscrutatur., Wintersemester 1732/1733

Hermannvs von der Hardt in veterum fastis quam vastus fascinet orbem errorum cumulus, ponderat atque dolet., Sommersemester 1733

Herm. von der Hardt, legit non lecta nec legenda, codicibus impenetrabilibus., Wintersemester 1733/1734

Herm. von der Hardt biennio fere Reverendissimi ac illustrissimi S.R.I. Comitis Ottingensis, Francisci Ludovici, studio philologica, in graecis, hebraicis, chaldaicis, syriacis, rabbinicis, talmudicis, arabicis, eo juvit sccessu, ut profectibus Ille viros celebres nostrates aequaret, tantum non omnia Romanae suae professionis capita vinceret, disserationibus 36. hanc in rem editis., Sommersemester 1734

Hermann von der Hardt. Quando Reverendissimus ac Illustrissimus Comes Oettingensis, Franciscus Ludovicus, Philosophiae & Juris Doctor, quindecim codices Talmudicos in hac Academia Julia incomparabili solertia attente perlegerat, hos, quos sollicite pertexuerat codices Mischnicos per me retexi, & uberiori graeca luce, qua gaudeat, collustrari, in ipso ad Batavos abitu, die 12. Junii, rogavit, ut ab nanno huc reversus gauderet amplius. Quod votis dandum., Wintersemester 1734/1735

Hermannvs von der Hardt in antiquis judaeorum rebus historiam Maccabaeorum curate perscrutatur, chronologiae filo exacte observato, Josephi fide non abjecta sed examinata., Sommersemester 1735

[...] die Mercurii, brevi post pentecosten, Jephtae a. 5. In historiam Homeri, iliade & odyssea, in antiquitatis lucem evolvere allaborat., Sommersemester 1736

Hermannvs von der Hardt Trojae captae mythum, pro Andreide Boeotiae expugnata, pro vetusta sacrae & civilis chronologiae aeru, contiguis seculis remotis, ab a. 1182 ant N.C. die G. Junii, 17 ante solstitium, 13. Sivan apud judaeos, [...], Sommersemester 1736

Hermannvs von der Hardt, judaicae universae rei chronologiam cum extere quavis curate componit, immensis historicorum & commentantium nebulis disjectis, ut fontes sacri solis gaudeant luce., Wintersemester 1736/1737

Hermannvs von der Hardt, Sanchoniathonis, Eusebii fuco antiquissimi scriptoris, mythicam Phoenices historiam, in topographiae orientis lucem retexit, & a peregrinis Furmontii conjecturis liberat; ut in Sanchoniathonis mythis detegantur inclytae Phoenices urbes, Botrys, Marathus, Orthosia, Simyra, Gigarta, Trieres, Tripolis, Byblus, Berytus, Calamus, Leontopolis, Sinna, Barama, Palaetyrus, Tyrus insularis, Sidon, Sarepta, Ornithopolis, cum earum coloniis & bellis., Sommersemester 1737

Hermannvs von der Hardt, per aestatem recensuit Trismegistum, Sanchuniathonem, Herculem, Panem, Latonam, Cererem, cum insignioribus Maccabaicis, quae his mensibus lucem viderunt. Sequentur Aristaeus, Actaeon, Sirenes, Tantalus, cum prisci aevi fodalibus: Accedet ex Mischna מסכת פאה σύνταγμα περι πέζης, de angulo segetis in agro, ex Mosis & pharisaeorum lege., Wintersemester 1737/1738

Hermannvs von der Hardt in rebus pharisaeorum seculi primi, plerisque hactenus ignotis vel obscuris, detegendis ac recensendis occupatus est., Sommersemester 1738

Hermannvs von der Hardt, in chronologia, universae antiquitatis anima, in sacris & civilibus, Eratosthenis laterculum regum aegyptiacorum, a Marshamo summopere commendatum, curate excutere consultum judicat., Wintersemester 1738/1739

Hermannvs von der Hardt, Chronologiae remoti aevi quinquagesimum quintum Tomum cum Nepote suo concinnat, annalibus per integros annos, menses & dies deductis, judaicis & romanis aeris indivulsis., Sommersemester 1739

Hermannvs von der Hardt, pro vetustissimis hebraeorum symbolis ex orientis genio illustrandis, argutissimos graecorum mythos enodavit magna copia. In quo spectabili antiquitates fora, formosis & sublimibus simulacris inclyto, perget, & proxime Virgilii Alexin & Silenum, centenis admirandis imaginibus superbos, in luce sistet., Wintersemester 1740/1741

Hermannvs von der Hardt / quoniam vetustissimi quique scriptores, sacri & exteri, ex orientis genio, in describendis arduis hiftoriis symbolis gaudent & mythis, in Stili illius pervetusti penetralibus evolvendis occupatus est : Cui fini Virgilii Silenum, continuis graecorum mythis implicitum, a nemine hactenus evolutum, enodare contendit., Sommersemester 1741

Hermannvs von der Hardt in Chronologiae seculorum remotorum fundo detegendo occupatus est, nodis solvendis., Wintersemester 1741/1742

Hermannvs von der Hardt, campos Elysios meditatur, quibus est proximus., Sommersemester 1742

Hermannvs von der Hardt, ad remotae antiquitatis lucem mythorum in V. T. fontes VII. Tomos, novissime absolutos, cum cura retexet, pro analogo veterum graecorum, prophetarum & apostolorum stylo mythis pleno amplius illustrando., Wintersemester 1742/1743

Hermannvs von der Hardt ex antiqua geographia & chronologia solabitur aegrum Iobum in cinere., Sommersemester 1743

Hermannvs von der Hardt illustria tacitae antiquitatis momenta ex reconditis judaeorum rebus in Taciti Annalibus dilucide demonstrabit. [...], Wintersemester 1743/1744

[...] Servat vetustas testimonia judaicae civitatis antiquissimi temporis., Wintersemester 1743/1744

Hermannvs von der Hardt, Geographiae sacrae ab Eusebio & Hieronymo inchoatae, a variis in hunc diem ad Relandum usque tentatae, necdum ex innumeris defectibus concinatae, genuinam faciem, jam ante annos laetis auditoribus exhibitam, renovabit, curatamque mappam suae dabit luci., Sommersemester 1744

Hermannvs von der Hardt, Tacito jam per aestatem loqui docto subjunget hac hyeme Orphei lyram, in undis tinnulam, blando antiquitates sono, Ovidio in metamorphosibus subridente; loquentur & Petrus, angelo duce domum ductus; accinet & Moses ad mare rubrum., Wintersemester 1744/1745

Herman. von der Hardt, Pro Historiae Judaicae compendio, lucem affundet parabolae Christi, dom. Septuag. de operariis in vinea, pro scopo Christi & mythorum indole; demonstraturus, non res physicas sed civiles depingi. Diem Christo esse ambitum duorum millium annorum, ab Abrahamo ad Christum, & quatuor horarum intervalla esse quatuor regni Judaici periodos, intra illos 2000 annos, usque ad Hierosolymae bustum., Sommersemester 1745

Hermannvs von der Hardt, Quia scire est nosse initia, media, ordinemque humaniorum, tenebris is ubi judicium candet, aperta facie admiratur notitiam, illustrata ratione, totumque coelum oculos docet, tuemurque enixe officiorum jura; tenaci animo curamus verus, disciplinis excellentibus; Studiosis in his bene consulere perget., Wintersemester 1745/1746

## Dissertationen (8)

Qua Hiskias In Sigismundo Resurgens Dissertatio Philologica, 30.11.1695. VD17 23:236001E

De Ala Templi Hieroslymitani Ephemeridum Philologicarum Discursus I., 1692. VD17 23:247529P

De Chami Delicto Et Poena, Gen. IX, 20. seqq. Ephemeridum Philologicarum Discursus II., 1692. VD17 23:247493H

Monvmento Vxoris Loti Ephemeridum Philologicarum Discursus IV., 1692. VD17 23:247493H

De Jobo Filio Isaschar Nepote Jacobi.  Ephemeridum Philologicarum Discursus V., 1692. VD17 23:247493H

De Columna Nvbis Et Ignis. Exod. XIII. vers. 21. 22. Ephemeridum Philologicarum Discursus VI., 1692. VD17 23:247493H

De Pane Spiritvali In Deserto. Exod. XVI, 4. Num. XI, 7.8. I. Cor. X, 3. Ephemeridum Philologicarum Discursus VII., 1692. VD17 23:247493H

De Babelis Ortu: Gen. X, 10. & XI, 1-9 Ephemeridum Philologicarum Discursus III., 1692. VD17 23:247493H

## Beteiligung an Dissertationen (2)

Gratulant in: Johannes Oldermann (Präses): De Regione 'wpjr Sententias Aliorvm Potissimvm Examinans Dissertatio Philologica, 15.12.1714

Respondent in: De germana polizzae origine, 27.09.1707

## Reden und Programme (35)

Hermann von der Hardt: Programma in lectiones rabbinicas in Maccoth

Hermann von der Hardt: Æterna Memoria Johannis Reuchlini, Jcti, Cæsaris Ac Principvm Consiliarii ... Qui Senex Annorum LXV. Anno MDXX. IV. Non. Mart. Scito Orsus Est Professionem Programmate: Et Johannis Gussubelii, Inglstadiensis Professoris Qui Inaugurali Pro Reuchlino O, 05.03.1720

Hermann von der Hardt: De Rebvs Jonæ Programma : Qvo Integritas Historiæ Jonæ Nec Non Miracvli Robvr Contra Cvivsdam Scrvpvlos Solide Defendvntvr Et Ad Cvratam Pvblicam Ionæ Recensionem Pro Fontivm Hebraicorvm Tenore

Hermann von der Hardt: Programma In Fvnere Amplissimi Viri Georgii Wolfgangi Hammii, Academiæ Typographi A. MDCCXV. d. 13. Octobr. P. P., 13.10.1715

Hermann von der Hardt: De Lege Mosis Per Angelos : Programma Festo Michaelis In Academia Julia A. MDCCXV. ...

Hermann von der Hardt: De Tranqvillitate Animi Programma Festo Nativitatis Christi. VD17 23:252881Q

Hermann von der Hardt: Programma in raschium publice recensendum in Acad. Julia

Hermann von der Hardt: Programma in Aben Esram publice recensendum Jeremia recensiti et Jobo expectato

Hermann von der Hardt: Programma quo ad philologicam Hoseae et commentatorum rabbinicorum publicam enarrationem

Hermann von der Hardt: Volumen miscellaneum inscriptum : Programmata varia

Hermann von der Hardt: Iuris Judaeorum Canonici Prodromus, De Circumcisione : Ex vastis Judaeorum religiosis Pandectis & Novellis erutus ac delineatus, Canonum, rituum, hypothesium genetis Judaicae, rationibus ac originibus demonstratis

Hermann von der Hardt: Programma Quo ad Judaicae Circumcisionis Spectacula Philologiae S. cultores & rituum iuriumq[ue] Judaicorum scrutatores invitati. VD17 23:235779V

Hermann von der Hardt: Programma Quo Hebraeorum Fontium Studiosos Ad Lectiones Hebraicas, 23.11.1690. VD17 23:258470E

Hermann von der Hardt: Programma, quo ad Publicam Antiquitatum Hebraicarum demonstrationem Nobilissimos Dominos Commilitones perhumaniter invitat . VD17 23:258466U

Hermann von der Hardt: Programma Quo Ad Iudaici Sabbati Pompam spectandam Philologiae

Sacrae Studiosos & Judaicorum rituum scrutatores industrios humaniter invitat. VD17 23:235781R

Hermann von der Hardt: Programma Quo ad Judaicae Circumcisionis Spectacula Philologiae S. cultores & rituum iuriumque Iudaicorum scrutatores perhumaniter invitat. VD17 23:235779V

Hermann von der Hardt: Programma De Melle Palaestinae, ad I. Sam. 14, 25. VD17 23:263752E

Hermann von der Hardt: Christianorum symbolum : oratio dominica ...

Hermann von der Hardt: Serena oratio Hannae I. Sam. II. qvam ...

Hermann von der Hardt: Sponte Bene Agere : Oratio Ad Cives Academicos Qvam ..., 15.06.1729

Hermann von der Hardt: Tranquillitas Academiae Iuliae ..., 04.01.1724

Hermann von der Hardt: Studiosi Academiarum Filii, Inaugurali Oratione Anno MDCCXXIII., 15.07.1723

Hermann von der Hardt: Jaddi Summi Judæorum Pontificis Oratio Pro Republica Psalmo CXIX

Hermann von der Hardt: De barbarie oratio

Hermann von der Hardt: De genuina occasione motuum in ecclesia et republica reformationis nomine tempore Lutheri ; Acc.: Ex MSCtis inediti panegyrici ... Matthaei Roeder (Panegyricus de generali ac necessaria Ecclesiae reformatione) et Abbatis Ursicampi (Oratio ad Martinum

Hermann von der Hardt: Cum ... Cornelius Ditericus Koch ... Professor Publicus Ord. In Academia Julia D. V. Novembr. MDCCIII. Rite Constitutus D. VIII. Ejusdem Orationem Solennem Haberet ... Gratulabamur ... Hermanni von der Hardt Commensales :

Hermann von der Hardt: De Novis Academiæ Juliæ Dotibus, 20.07.1702

Hermann von der Hardt: Oratio Panegyrica De Studiosi Elegantia, 21.07.1701

Hermann von der Hardt: Oratio De Fontium Hebraeorum Interprete Luthero, Georgii Wicelii testimoniis ornato, 18.11.1690

Hermann von der Hardt: Renasci Festo Nativitatis Christi, 25.12.1729. VD17 23:258406E

Hermann von der Hardt: Divi Rudolphi Augusti Serenissimi Brunsvic. ac Lunaeburgensium Ducis Immortalis in publicam rem literariam sacram & civilem Affectus

Hermann von der Hardt: Dei Gratia Et Civium Manusuetudo In Academia Julia Festo Michaelis

Hermann von der Hardt: Solennis Promotio Trium Philosophiae Doctorum In Academia Julia ..., 04.10.1703

Hermann von der Hardt: Programma Festo Nativitatis Christi

Hermann von der Hardt: Programma In Imminentem Novi Academici Collegialis Templi Inaugurationem Proxime Denunciandam De Boni Pastoris Characteribus Festo Nativitatis Christo

## Beteiligung an Reden und Programmen (5)

contributor in: Christian Breithaupt: Venerandis Manibus Viri Summe Venerabilis Et Profundae Eruditionis Gloria Illustris Domini Hermanni von der Hardt, Coenobii Mariaebergensis Prope Helmstadium Praepositi Gravissimi, Orientalium Linguarum In Hac Academia Per LVI. Annos Professoris Cele, 06.03.1746

contributor in: Christoph Heinrich Ritmeier: Oratio De Bono Academiae in Sabbato Iulio, sive Fundationis Academiae Iuliae Festo, sive Fundationis Academiae Juliae Festo, publice habita; cum Natalis eius CXXVI. solenni ritu celebaretur.

contributor in: Hermann Dietrich Meibom: Programma Publicis Praelectionibus historicis praemissum

contributor in: Johann Barthold Niemeier: Programma Festo Michaelis Archangeli, 29.09.1682. VD17 23:250219P

contributor in: Justus Christoph Böhmer: Programma Quo Oratio Ad Tacit. Histor. L.IV.C.V. De Helvidio Prisco ..., 03.07.1701

## Rechenschaftsberichte

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 11.01.1701–02.02.1701 |
| Text | Anno 1701 / Mense Ianuario / Diebus 11, 13 [et] 14 } In philologica recensione historiae Abrahami, ad caput XV Syris ex Cananaes oppositum, progressus, vincula fatorum et nexum rerum gestarum, à quibus orationis vis et significatio pendent recensui, ac versus tres priores accurate excussi, affectibus et consiliis Abrahami delineatis. / 17, 18, 20 [et] 21 } Pari ratione alteram oraculi partem, vers 4-9. explicui, per singula momenta eundo. / 24, 25, 27 [et] 28 } Reliqui visionis ac promissionis, de universis terris Cananaeis occupandis, argumenta, vers 10-20, ad fidem capitis pertexui, Mosis stilum ac scribendi rationem distincte declarans. / [v] / Mense Februario et Martio / A nefaria caede, die 2 Februarii, in carissimo domestico meo, optimae indolis ac spei studioso, sub meomet tecto cum horrore perpetratâ, ob funus curandum, et continuas taediisque plerissimas turbas, quotidie auctas, nec animo data tranquillitas, nec lectionibus, reliquis diebus, relictus locus. / Hermannus von der Hardt, Linguae Sacrae Professor |
| Quelle | 37 Alt 2530, Fol. 41 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 04.04.1701–30.06.1701 |
| Text | Anno 1701 / Mense Aprili / Diebus 4, 5, 7 [et] 8 } Ad recensionem iuris iudicorum publici antiqui in historia Abrahami, reversus, caput XV geneseos recensui: De iure Abrahami haereditario in Cananaem, non per adoptivum, sed proprium et naturalem filium, ex pacto divino. Contra Syros, Aemoraeos, et Cananaeos. / 11, 12, 14 [et] 15 { Ad caput XVI. de primogenito Abrahami filio, Ismaële, ex serva nato, à parentis in terram iure, ipsâquem haereditate alieno. 18 [et] 19 Contra Ismaëlitas, eorumque praetensiones / 21, 22, 25, 26, 28 [et] 29 } Ad caput XVII. de novo tergemino divino symbolo publico iuris posterorum Abrahami in terras Cananaeos. Deque secundo Abrahami filio, Isaaco, ex libera et primaria uxore, veraquem matrefamilias, genuino haerede, suscipiendo. Contra Ismaëlitas. / [v] / Mense Maio / 2, 3, 5 [et] 6 } Preces publicae pro frugibus suam sibi vindicarunt ius. / 3 Ad caput XVIII. de circumstantiis temporiis propudiosi ortus duorum filiorum Loti. Contra ammonitas et moabitas. / 5 Festum ascensiois Christi morulam iniecit. / 6, 9, 10, 12 [et] 13 } Ad caput XIX de ipso incestuoso ac propudioso ortu duorum filiorum Loti, qui ob haec generis maculam ab omni in terram Canaan haereditate ac iure, omnium gentium sententiâ prorsus sint exclusi. Contra ammonitas ex moabitas. / 16, 17, 19 [et] 20 {} Festum Pentecostes spatium dedit. / [43 r] / 23, 24, 26 [et] 27 } Ad Geneseos XX, de itinere Abrahami et Sara in curiam regis philistaeorum, et Sarâ à rege relictâ intactâ. Contra philistaeos, eorumquem iactatus praetensionis in Israëlitas eorumque terras. / 30 [et] 31 } { / Mense Junio / 2, 3 }, 6, 7, 9 [et] 10 } Ad capitis XXI. vers 1 -21. De Isaaio, Abrahamo ex Sara nato unico haerede et Ismaële, Hagaris servae filio, ex familia prorsus eiecto, et ab omni haereditate penitus excluso. Contra |

| | |
|---|---|
| | Ismaëlitas, eorumque in Abrahami bona et terras Cananaeae praetensiones. / 13, 14, 16 [et] 17 } Ad Geneseos XXI. vers 22-34. De foedere regis philistaeorum cum Abrahamo. Contra philistaeos, eorumque in israëlem praetensiones. / [43 v] / 20, 21 [et] 23 } Ad Geneseos XXII. vers 1-20. De Isaaco haerede amico, non è medio in puericia ablato, sed ab interitu servato. Contra Ismaëlitas, saramaeos, vicinasque gentes, et illorum in Abrahami bona praetensiones. 24 Festum Johannis Baptiste et 27, 28 [et] 30 celebritas disputationis theologicae inauguralis, et promotionis doctoralis, dies hosce subsumerunt. / Hermannus von der Hardt / Linguae Sacrae Professor |
| Quelle | 37 Alt 2530 , Fol. 42 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 01.07.1701–21.07.1701 |
| Text | Anno 1701 / Mense Iulio / Diebus 1 [et] 4 }{ Ad Genesis XXII. vers. 20-24. De agnatis Abrahami in oriente, ex fratre nepotibus, propter futuras Isaaci nuptias à Mose recensis disserui. / 5, 7 [et] 8} Ad Genesis XXIII. De Sarae obitu, et emtionis titulo acquisito haereditario in Cananaeos. / 11, 12, 14 [et] 15 } Ad Genesis XXIV. De nuptiis Isaaci cum agnata Rebecca. Contra Cananaeos et Syros, eorumque praetensiones. / 18, 19 [et] 21 } Ad Genesis XXV.1-6. De filiis et nepotibus Abrahami ex uxoribus secundariis, ab haereditate alienis. Contra varios orientis populos, Midianitas praesertim, eorumque in Israëlitas ac terras eorum praetensiones. / [v] / Ad Genesis XXV. 7-10 De obitu senis Abrahami, et honorificis exsequiis ad monumentum in Cananaea haereditarium, in quo conditus. Contra Cananaeos. Atque ita ante magistratum, quem his diebus accipere oportuit historiam Abrahami absolvi. Vice Rectoratus munus fuit obeundum. A quo die propter continuas interpellationes, lectionis publicae fuerunt differendae, per ultimos huius mensis dies, et per Augustum ac Septembrem. / [45 r] / Edidi interea, orationem inauguralem de elegantia studiosi. Historiam novi in Belgio iudaeorum regis, Oligeri Paulli. Enucleatam enarrationem Lutheri psalmi LI latinam et germanicam. Programma in festum Michaelis. / Hermannus von der Hardt Professor publicus |
| Quelle | 37 Alt 2530; 37 Alt 211 Heft 1, Fol. 44 f.; Fol. 13 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 30.09.1701–30.11.1701 |
| Text | Anno 1701 / Mense Octobris, Novembris, Decembris / Continuae in magistratus academici officio, quod gerere oportuit, interpretationes, publicis lectionibus locum non reliquerunt. / Hermannus von der Hardt |
| Quelle | 37 Alt 2530, Fol. 46 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 31.12.1701–28.02.1702 |
| Text | Anno 1702 / Mense Ianuario Februario et Martio / Continua ex magistratu negotia, ac indesinentes interpellatiores, publicarum lectorum seriem turbarunt, publicaeque saluti tantisper invigilare iusserunt. / Herman von der Hardtus. Hoc titulo Vicerector |
| Quelle | 37 Alt 2531, Fol. 44 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 31.03.1702–31.05.1702 |
| Text | Anno 1702 / Mense Aprili, Maio, Iunio / Concatenati his mensibus ex |

| | |
|---|---|
| | Magistratus Academici officio labores, et cumulata negotia, Philologicis ordinariis lectionibus locum non concesserunt. / Hermannus von der Hardt |
| Quelle | 37 Alt 2531, Fol. 45 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 20.07.1702–29.09.1702 |
| Text | Anno 1702 / Mense Iulio / Magistratus Academicus, quo die 20 huius mensis cessi, lectiones publicas intercepit. Reliqui etiam huius mensis dies insumpti ceteris rebus Academicis pro officii ratione conficiendis. / Mense Augusto / Die 1 Historiam Isaaci Mosaicam ad Hebraeorum Fontium tenorem philologice recensurus, et Iuris Iudaeorum publici antiqui fundamenta, veterisque Ecclesie et rei publicae Iudaicae munimenta demonstraturus, praeliminariter de rebus Iudaeorum antiquis disserui. Die 3 Caput 1. ad Genesis XXV., 11. De Isaaci domicilio ac sede propria in finibus Cananaeae contra Cananaeos. Die 4 Caput II. ad Genesis XXV., 12-18. De familia ac posteritate edibusque Ismaëlis extra Cananeam. Die 7 Contra Ismaëlitas et Arabes, eorumque in Israëlitarum provincias iactatas praetensiones. / [v] / Diebus 8, 10 [et] 11 } Caput III. ad Genesis XXV, 19-26 De vero Isaaci haerede Iacobo, ex oraculi divini sententia. Contra edomaeos, ex primogenitura ius in Palaestinam et haereditaria Isaaci bona sibi arrogantes, indeque Israëlitis semper molestos. / Diebus 14, 15, 17 [et] 18 } Nundinae Brunsvicenses alio nos avocarunt. / Diebus 21, 22 [et] 24 } Caput IV ad Genesis XXV, 27-34. De iure primogeniturae, adeoque dominio, per Jacobum titulo emtionis ab Esauo acquisito. Contra Edomaeos eorumque in Palaestinam praetensiones et iniusta in Israëlitas arma. / Diebus 25 [et] 28 } Caput V. ad Gen. XXVI, 1-6 De plenissimo Isaaci iure in regionem Cananaeam, ex novo oraculo divino. Contra philistaeos, eorumque in Isaacum et Israëlitas praetensiones. / Die 29 Caput VI. ad Genesis XXVI, 7-23 De diverticulo Isaaci in Philistaeam, et controversiis inter Isaacum et Philistaeos, statis Isaaci in Cananaeam iuribus. / [47r] / Diebus 31 [et] 1 } Contra Philistaeos, Isaaci posteris ex variis praetextibus molestos. / Mense Septembri / Diebus 4 [et] 5 } Nundinae oppidanae morulam iniecerunt. / Diebus 7 [et] 8 } Caput VII. ad Genesis XXVI, 24 De nova auxilii divini adversus hostes Philistaeos Isaaco facta promissione, ex novo oraculo, à reditu ex Philistaea. Contra Philistaeos, eorumque in Isaacam et posteros machinas bellicas. Caput VIII. ad Genesis XXVI, 25 De novis monumentis iuris ac possessionis Isaaci in Beersaba, Cananaeae finibus. Contra Philistaeos ac finitimos populos. / Diebus 11 [et] 12 } Caput IX ad Gen. XXVI, 26-33. De foedere, inter Isaacum et Abimelechum, Philistaeorum regem sarcito. Contra Philistaeos, Israëlitis graves. / Diebus 14 [et] 15 } Caput X. De connubio Ehavi cum uxoribus Cananaeis, parentibus, Isaaco et Rebeccae, invisis. Contra Edomaeos, etiam en [?] vetito proavi Edomi connubio ab haereditate exclusos. / [47v] / Diebus 18, 19, 21 [et] 22 } Caput XI. ad Genesis XXVII, 1-41 De Isaaci feris testamento, quo legitimum et exasse [?] haeredem instituit Iacobum. Contra Edomaeos, ab omni iure exclusos. / Diebus 25, 26, 28 [et] 29 } Festum Michaëlis imposuit finem. Ut haec historia Isaaci, philologice pertexta, his mensibus est absoluta. Orationem de novis Academiae Iulia dotibus, die 20 Iulii, cum Magistratu cederem, dictam, imprimi curavi. Rittaleri quoque Mosen edidi. / Herman von der Hardt / Linguae ordinarius professor |
| Quelle | 37 Alt 2531, Fol. 46 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 17.10.1702–22.12.1702 |
| Text | Anno 1702 / Mense Octobri / Novas lectiones Rabbinicas pro studiosis Philologiae orsurus, cum frustra aliunde absque magnis sumptibus libelli expectarentur Rabbinici, in nostra typographia Academica commentarios celebrium Rabbionorum, Rahhi, Aben Esrae, Kimchii in Hoseam, ipse hic edere institui. In quem difficiliorem typographiae apparatum primi mensis dies insumpti. Quos tamen dies, libro Rabbinico typis iam imprimi coepto, more compensavi, binas singulis diebus horas lectionibus impendendo. / Die 16 Generatim de Fontium Hebraicorum studio, eius in omni Theologia necessitate, sed et necessariis praesidiis disserui. / Die 17 De studio Rabbinico dixi, de Rabbinorum scriptis, veteribus ac recentioribus, de illorum in Exegesi usu / [v] / Diebus 19 [et] 20 } Styli Rabbinici indolen exposui. / Diebus 23 [et] 24 } R. Salmonis ben Malech iudicia de kimchii ex Abethsrae commentariis illustravi. / Diebus 26 [et] 27 } Praefactionem Kimchii in Prophetas, recensere coepi, veterum iudicorum sententiam de ordine librorum scripturae et Prophetarum explicando. / Diebus 30 [et] 31 } In Kimchiana praefatione explicanda perrexi. / Mense Novembri / Diebus 2 [et] 3 } Kimchianam praefationem pertexui. / Die 6 Capitis primi Hoseae versum primum, senlibri [?] titulum, philologice recensui, statum temporis sub Hosea in sacris et civilibus in regno Israëlis delineando. / Die 7 Ionatharis versionem Chaldaicam adieci, de Chaldaicis scripturae versionibus curatius disserens. / [49r] / Die 9 Kimchii commentationem in libri frontem explicui. Primum libellum aut Epigramma Hoseanum in infelix matrimonium suum, vers 2. cum versione chaldaica evolvi. / Diebus 13 [et] 14 } Nundinae oppidanae aliis Iudaeis locum dederunt. / Die 16 Kimchii notas Rabbinicas in primum hoseae libellum enodavi. / Die 17 Secundum Hoseae libellum aut Epigramma in filium natu primum, vers 3, 4, 5 recensui: Additâ versione Chaldaica. / Diebus 20, 21, 23 [et] 24 } Kimchium in secundum Hoseae libellum declaravi. / Die 27 Tertium Hoseae libellum in filiam secundo genitam, vers 6, 7 cum versione chaldaica explicavi. / Diebus 28, 30 [et] 1 } Kimchii annotationes Rabbinicas illustravi. / Mense Decembris / [49v] / Die 4 Quartum Hoseae libellum aut epigramma in filium tertiogenitum, vers 8, 9 cum versione Chaldaica explicavi / Diebus 5, 6 [et] 8 } Kimchianam commentationem recensui. / Diebus 11 [et] 12 } Alterum libelli illius Hoseani partem vers 10, 11 una cum versione chaldaica, recensendo absolvi. / Diebus 14, 15, 18, 19, 21 [et] 22 } Prolixiorem Kimchii commentarium rabbinicum in hanc hoseani libelli partem illustravi. / Festum Nativitatis Christi ad alia nos tantisper vocavit. Orationem Festo Academiae Natali in novam Academiae Bibliothecam Rudolpheam habui, typisque muniri [?] curavi. / Herman von der Hardt. |
| Quelle | 37 Alt 2531; 37 Alt 211 Heft 1, Fol. 48 f.; Fol. 104 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 09.01.1703–30.03.1703 |
| Text | Anno 1703 / Mense Ianuario / Die 9 Feriis finitis, ad Enarrationem Hoseae cum commentatione Rabbinica Kimchii reversus, seriem superiorum librorum Hoseae et argumenta repetii, ut vincula nossent Auditores rerum quondam gestarum et scriptarum. / 11 In novo Prophetae libello, Caput 11 saevissimam securitatis israëliticae exprobrationem Hoseanam vers 1 ad Aben Ehrae situm pertexui, ex prophetae stylum fusius illustravi. / 12 Chaldaicam et Kimchianam paraphrasin exposui et examinavi. / 15, 16, 18 [et] 19 } Hoseani carminis |

disticha 2, 3, 4, 5, 6, 7 enarravi, fatis Hoseae, ritibusque Iudaeorum, in quos collimet Propheta, ad exemplum uxoriis de adulterio suspectae, ad iudicium rapiendae, ex amara potione pertentandae, districte recensitis atque applicatis. / 22 [et] 23 } Kimchianam et Ionatharis enarrationem in quaedam superiora disticha explicui / 25 Vice Rectoratus mutatus horam subtraxit. / 26 Ionathanem et Kimchium porro discursi. / [v] / 29 [et] 30 Kimchium et Ionathanem in superiora disticha absolvi. / Mense Februario / Die 1 Disputatio inauguralis aliud dedit negotium. / 2 Maria feriari iussit. / 5, 6, 8, 9, 12, 13 [et] 15 } Nundinae Brunsvicenses Hoseae et Kimchio ac Ionathani sodalibus quietem dederunt. / 19 [et] 20 } Epigrammatis Hoseani disticha 8,9 minacia cum Kimchiana et Chaldaica recensione explicavi, moribus gentis, in uxore adulterante coram tribunali posita, ex antiquitate revocatis. / 22 [et] 23 } Prophetici libelli versus 10,11,12,13 illustravi, ac religiosos populi ritus, quo spectet Propheta enodavi, Chaldaeum etiam Kimchiumque recensui. / 26 [et] 27 } Prophetici carminis libris 14, 15 etc. veteri historia Ægyptiaca lucem suam affudi. / Mense Martio / 1 [et] 2 } Kimchianas oberservationes illustravi, Chaldaeo interprete adhibito. / [52r] / 5 [et] 6 } Hoseana disticha 16, 17, 18, 19, 20 gravesque eius figuras earumque fontes et rationes, evolvi. {} 8/9 Ionathanem et Kimchium interpretatus. / 12 [et] 13 } Libelli huius Hoseani finem versus 21, 22, 23 cum figurarum origine et indole, pertexui. / 15 [et] 16 } Ionatham et Kimchius interpretes, ut recte intelligerentur effeci. / 19 Novum breviusculum Hoseae carmen, Caput III, 1. minasque Prophetae, contra uxorem adulterantem et populum idola sequentem intentatas, cum Kimchii notis explicavi. 20 Facinus Prophetae, vers 2 qui pro legibus et iuribus gentis uxorem suspectam, ad iudicis sententiam, ritibus solennibus adhibitis, à se alienarat, ipso autore, demonstravi: Ionathane et Kimchio interpretibus auditis. / 22 [et] 23 } Integrum novum Hoseae libellum, vers 3, 4, 5, in populum Israëliticum, pro fatis uxoris abalienatea, ad stylum et ritus fataque israëliticae gentis exegi, et cum Kimchiaris glosis explicatis absolvi. / [52v] / 26, 27, 29 [et] 30 } Nundinae oppidanae proximas ante ferias Paschales, Hoseae et Kimchio otium tantisper dederunt. / Hoseam, Raschi, Abeahsrae et Kimchi Rabbionorum commentationibus illustratum, ex officina nostra Academica, Rabbinicâ typographiâ multo labore adornatâ, in lucem produxi. / Clemangii opusculum, De diebus festis resuscitavi. / Hermann von der Hardt / Linguae Ordinarius Professor

| | |
|---|---|
| Quelle | 37 Alt 2532, Fol. 51 f. |
| Zeitraum | 06.04.1703–29.06.1703 |
| Text | Anno 1703 / Mense Aprili / Feriae Paschales primos huius mensis dies sibi vindicarunt. / Die 6 Ad Hoseae recensionem reversus, novum eius libellum, caput IV., 1, 2 cum versiore Chaldaica pertexui, fatis rei publicae illius temporis illustratis. / 17, 19 [et] 20 } Kimchianam Commentatiorem Rabbinicam explicui. / 23 Aliud Hoseae carmen, caput IV., 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10 in sacerdotium Israëliticum, recensui. / 24 Ionatharis Paraphrasin retexui. / 26, 27 [et] 30 } Kimchii Commentarium in iure Hoseae libellum illustravi. / [v] / Mense Maio / Die 1 Aliud Hoseae Epigramma, vers 11, 12, 13, 14 explicavi, et Ionatharem adieci. / 3 [et] 4 } Kimchium siti. / 7 Novum Hoseae carmen, vers 15, 16 cum Ionathare enarravi. 8 Kimchium iunxi. / 10 Aliud breve distichon Hoseae vers 17 cum Ionathane ex Kimchio diduxi. / 11 Novum carmen vers 18, 19 cum |

| | |
|---|---|
| | Ionathare ex Kimchio exposui. / 14 Preces publicae pro frugibus Hebraeis quietem dederunt. / 15 Aliud Hoseae Epigramma, Caput V., 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7 cum Ionathane evolvi. / 17 Festum Ascensionis Christi Iudaecis otium concessit. / 18 Kimchius auditus. / [54r] / 21 [et] 22 } Novum Hoseae epigramma vers 8, 9 Jonatharem simul ex Kimchium enodavi. / 24 [et] 25 } In novum Hoseae libellum vers 10, 11, 12, 13, 14, 15 ex Ionatharem commentatus. / 28, 29 [et] 31 } Festum Pentecostes etiam Iudaeis dedit ferias. / Mense Iunio / 4, 5, 7 [et] 8 } Iter nomine Academiae ad praedii Schachternbeccensis visitationem ad Sylvam Heregaiam institutuum. / 11, 12, 14 [et] 15 } Kimchii Commentarium in superiorem Hoseae libellum recensui. / [54v] / 18, 19, 21 [et] 22 Novum Hoseae opusculum, caput VI., 1, 2, 3 cum Ionathane ex Kimchio fuse explicui. / 25, 26, 28 [et] 29 Aliud Hoseae carmen, vers 4, 5, 6, 7 cum Ionathane ex Kimchio uberiori recensione absolvi. / Herman von der Hardt, Linguae Ordinarius Professor |
| Quelle | 37 Alt 2532, Fol. 53 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 30.06.1703–31.08.1703 |
| Text | Anno 1703 / Mense Iulio, Augusto, Septembri / Primis diebus, usque ad Vice Rectoratus, medio mense Iulio suscepti initia, in recensione Prophetae Hoseae ex Commentariorum Rabbinicorum progresso, longae Vice Rectoratus ambages, quotidiani ex officio labores, et continuae interpellationes, reliquum horum mensium tempus subtraxerunt. / Oratio inauguralis, Magistratu suscepto, cum aliis rebus edita. Nec non Programmata, in festum Michaëlis, et caetera. / Herman von der Hardt Professor Publicus Vice Rector |
| Quelle | 37 Alt 2532 , Fol. 55 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 30.09.1703–30.11.1703 |
| Text | Anno 1703 / Mense Octobris, Novembris, Decembris / Per continua publica negotia in Vice Rectoratus officio publicis lectionibus locus non est relictus. / Herman von der Hardt Professor Publicus |
| Quelle | 37 Alt 2532, Fol. 56 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 31.12.1703–29.02.1704 |
| Text | Anno 1704 / Mense Ianuario / Pro Magistratus Academici onere, novi templi Academici inauguratio solenniter consecrate, Programmatibus et orationibus editis. Postquam verò sub finem mensis Ianuarii Vice Rectoratus officium successori tradidi, iter ad Serenissimum nunc beatissimum principem Rudolphhum Augustum, graviter decumbentem, ultimos mensis dies, usque ad Ducis obitum consumsit / Mense Februario, ab obitu Ducis, ex itinere reversum aegritudo lectuli et museo clausit, ut vix commentatiunculam in Ducem defunctum scribere per moestitiam liceret / Mense Martio, animo sumpto, ad publicas lectiones philologicas redire animus erat, luctus tamen nondum permisit / [v] / Ne quid tamen officio derogetur, horaeque compensentur, et Auditoribus cupidis satisfiat, constitui, pro more meo, sequentibus mensibus geminae singulis diebus horae damnum restituere, uti iam coepi / Hermannus von der Hardt |
| Quelle | 37 Alt 2533, Fol. 45 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 03.04.1704–30.06.1704 |
| Text | Anno 1704 / Mense Aprili / Ad Programmatis, superiori mense editi, tenorem, pro novorum Auditorum commodis, ex philologica arte curatius Hoseam de novo recensiturus, geminam his mensibus quotidie horam impendi / Et quidem / Die 3 De voluminum Propheticorum conditione et fatis disserui, quod non pro Capitum serie, sed solenti [?] ex genuina libellorum distractione, fiat aestimanda: Quod genus Prophetarum scribendi fiat ligatum: Quod carmina brevia plerumque ex conissa [?], quae paucis constent distichis. Ad titulum voluminis Hoseani: Fata regni Israëlitici, à Ieroboamo ad Hoseam Ben Ela, luculentum dixi Commentarium in omnes Hoeseae libellos / 4 Primum enarravi Hoseam carmen, capite 1, 2 Ieroboamo in Israële, Ussicâ in Iudaea regnantibus, in thorum suum infortunatum, pro infausto omine morum et corruptae religionis in israëlitica gente. Notas quoque Raschi, Abenesrae et Kimchii Rabbinicas pertexui. / [v] / } 7 [et] 8 Secundum Hoseae carmen, capite 3, 4, 5 iisdem regibus, in filium primogenitum suspectum, pro omine invisae Deo gentis Israëlitica. Cum Rascheli AbenEsra Kimchii / } 10 [et] 11 Tertium Hoseae carmen, versu 6 [et] 7 iisdem regibus, in filiam secundo genitam, sibi invisam, pro omine imminentis exilii israëlitici. Cum Racheli Abenesrae Kimchii / } 14 [et] 15 Quartum Hoseae carmen, versus 8, 9, 10 [et] 11 iisdem regibus in filium tertio gentium, pari fato examine. Cum Racheli Abenesrae Kimchi / } 17 [et] 18 Quintum Hoseam carmen, caput 11, 1-20 interregni israëlitici tempore, Ussicâ in Iudaea imperante, in coniugem Arenem et israëlem idola sectantem cum exilii comminatione. Additis Raschio Aberesra et Kimchio. / } 21 [et] 22 Sextum Hoseae carmen, capite III, 1 eodem utriusque regni statu, in proximum uxorius divortium et israëlis excilium Raschio, Abenesra et Kimchio recensitis / } 24 [et] 25 Septimum Hoseam carmen, capite III, 2, 3, 4, 5 iisdem utriusque regni fatis, in factum divortium, pro exilii israëlitici omine. Cum Raschio, Abenesra et Kimchio / } 28 [et] 29 Pia pro frugibus vota publice concepta. Peregre abfui, ex officio / [47r] / Mense Maio / 1 Festum Ascensionis Christi diem sibi indicavit / 2 Octavum Hoseae carmen, capite IV, 1, 2, 3 Menachemo in israele, Ussicâ in Iudaei regibus, in abominabilis regni seditiones, ex Zachariae ac Sallumi, israëliticorum regum, caede. Cum Raschio, Aberesra,Kimchio / } 5, 6, 8 [et] 9 Novum Hoseae carmen, versus 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10 Menachemo et Ussicâ regibus, in Amagiam, summum in Israële sacerdotem, qui Prophetis calamum interdixerat. Cum Raschio Aberesra Kimchio / } 12, 13, 15 [et] 16 Festum Pentecostes feriam dedit Hoseae / 19 [et] 20 Decimum Hoseae carmen, versus 11, 12, 13, 14 iisdem regibus, in foedam israëlis idololatriam. Cum Raschio, Abenesra, Kimchio / } 22 [et] 23 Undecimum Hoseam carmen, versum 15 iisdem regibus, Quo dehortatur Iudaeos, ne israëlitas idolorum culta aemulentur. Cum Raschio, AbenEsra, Kimchio / } 26 [et] 27 Duodecimum Hoseae carmen, versum 16 iisdem regibus, in Israëlitarum idololatriam, indictu excilio. Cum Raschio, Abenesra, Kimchio / } 29 [et] 30 Decimum tertium Hoseae carmen, versum 17 iisdem regibus, eiusdemque argumenti. Cum Raschio, Abenesra, Kimchio / [47v] / Mense Iunio / } 2, 3, 5 [et] 6 Decimum quartum Hoseae carmen, versum 18,19 iisdem regibus, et eiusdem argumenti. Cum Raschio, Abenesra, Kimchio / } 9, 10, 12 [et] 13 Decimum quintum Hoseae carmen, caput V, 1,2 iisdem regibus, ante Sardanapali invasionem, in diram illorum persecutionem, qui ad sacra Iudaica ex israële Hierosolymam tenderent Cum Raschio, Abenesra, Kimchio / } 16, 17, 19 [et] 20 Decimum sextum Hoseae carmen, versus 3, 4, 5, |

| | |
|---|---|
| | 6, 7 iisdem regibus. Invectiva in israëlitas et Iudaeos, ob communem idololatriam et impertinentiam cum augurio imminentis utrique regno exilii / 23 Collegae, die extraordinario disputaturo, ad illius desiderium horam cessi / 24 Iohannis Baptistae tripudia Hoseae lamentis locum non dederunt / 26 Praepositus Ludgerianus in vicinia horâ 9 elatus, cui funeri cum aliis collegis interfui / } 27 [et] 30 Raschium, AbenEsram, Kimchium, in superiorem Hoseam libellum, recensui / Hermannus von der Hardt Linguae Sanctae Professor |
| Quelle | 37 Alt 2533, Fol. 46 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 01.07.1704–29.09.1704 |
| Text | Anno 1704 / Mense Iulio / } Diebus 1, 3 [et] 4 In Philologica Voluminis Hoseae Prophetae enarratione progressus, libellum eius, ante invasionem Sardanapali in israëlem, Menachemo rege scriptum, recensere coepi, prioraque carminis disticha, capita 8, 9, 10, 11 pertexui; Rabbinicis commentariis explicatis / } 7 [et] 8 Nundinae oppidanae morulam iniecerunt / } 10 [et] 11 Superioris libelli Hoseae partem alteram, versus 12, 13, 14, 15 illustravi Rabbinis persatis [?] / } 14 [et] 15 In recensione laudati carminis, Hoseani, caput VI 1, 2, 3 perrexi, et absolvi / 17 Vice Rectoratus novus alios audire iussit / 18 Rabbinos in isthunc Hoseae librum ad limam vocavi / } 21, 22, 24 [et] 25 Novum Hoseae carmen, post invasionem Sandarapali Pekachia rege editum, capita 11, 4, 5, 6, 7 enarravi, rabbinis examinatis / 28 Aliud Hoseae carmen, rege Pekacho, in regis Pekachiae aedem [?], caput VI, 8, 9 pertexui / [v] / 29 Cum doctore Eisenharto Academiae nomine Hedwigsburgum fuit excurrendum / 30 Rabbinos in illum librum stiti / Mense Augusto / } 1, 4 [et] 5 Aliud Hoseae carmen, rege Pekacho, in diram invasionem Syrorum et israëlitarum in iudicum, caput VI, 10, 11 evolvi /  } 7 [et] 8 Rabbinorum commentationes discussi / } 11, 12, 14 [et] 15 Nundinae Brunsvicenses Auditores aliò traxerunt / } 18, 19, 21 [et] 22 Feralem Hoseae libellum, rege Hosea Ben Ela, in câedem Pekachi, caput VII, 1-7 enodavi, Rabbinis auditis / } 25, 26, 28 [et] 29 Aliud Hoseae carmen, Hoseae rege, in infantum huius consilium, Aslyriorum iugum excutiendi, et foedus cum Ægyptiis sarciendi, caput VII, 8-16 cum Rabbinorum placitis, explicavi / [49r] / Mense Septembri / } 1 [et] 2 Nundinae oppidanae oculos mentemque aliò diverterunt / } 4, 5, 8, 9, 11 [et] 12 Prolixiorem novum Hoseae librum, Hosea rege, in recentum post Hiskia emendatiorem [?], foedum idolorum cultum, caput VIII, 1-14 et Caput IX, 1-6 evolvi / } 15 [et] 16 Aliud Hoseae carmen, Hosea rege, in imminens israelis exilium, caput IX, 7,8 pertexui / } 17 [et] 18 Novam Hoseae elegiam, in gentis idololatriam et imminentem poenam, Hoseae rege, caput IX, 10,11,12 recensui / } 22 [et] 23 Aliud Hoseam carmen, in gentis israëliticae exidium, Hosea rege, caput IX, 13-17 explicavi / 25 Ad disputantium preces, hora die extraordinario illis indulta / 26 Laudatus Hoseae liber absolutus / 29 Michaël quiescere ac respirare mandavit. Compendium doctrinae iudaicae. Rabbi Abrahami Iagelis ex nova Rabbinica Academiae nostrae Typographia edidi / Hermannus von der Hardt |
| Quelle | 37 Alt 2533, Fol. 48 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 30.09.1704–30.11.1704 |
| Text | Anno 1704 / Mense Octobri, Novembri, Decembri / Sese ultima prolixiuscula, ponderosissima, ex affectu aestuantissima atque aculeatissima, sed et elegantissima Hoseae Prophetae carmina capita X 1-16 Anno quinto Regis |

| | |
|---|---|
| | Hoseae in israële, et secundo Hiskiae in iudaea proxime ante Salmanassaris invasionem in israëlem, hyeme scriptum carmen, quo excidium, universam genti per Salmanassarum et Arbacem impendens, vividissimis coloribus ob oculos posuit: / [v] / Capita X, 7-15 Iisdem regibus, eodem anno, ingruente vere, in proximum regis et regni israëlitici per Assyrios excidium: Capita XI, 1-11 Anno sexto regis Hoseae et tertio Hiskiae, editam flebile Prophetae carmen in divam Salmanassaris in Israëliticas terras invasionem praesentem, ac certissimam panoletriam: Caput XI, 12, XII, 1-14 Acerbissimum carmen in regni eversionem. Capita XIII, 1-15, XIV, 1 Anno septimo Hoseae regis, quarta Hiskiae, in obsidionem Samariae, et regni desolationem / [51r] / Capita XIV, 2-15 Ultimum lugubre Hoseae carmen, quo, obsidione prope finitam gentem fere deletâ, et urbe iam iam expugnata, ad seriam hortatur poenitentiam: Ordine et distincte evolvi, totumque Hosearum volumen, omnium difficilium, philologica recensione absolvi. Geminam praeterea solennem quinque Philosophicae Magistrorum, publicis et privatis examinibus praeviis, Promotionem in Templo Academico his mensibus restitui / Hermann von der Hardt Linguae Santcae Professores |
| Quelle | 37 Alt 2533, Fol. 50 f. |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 31.12.1704–28.02.1705 |
| Text | Anno 1705 Mense Ianuarii / Rabbinicum R. Davidis Kimchi Commentarium satis prolixum, ex suo usu maxime commendatum, in Hoseam, eiusve 29 libellos Hebraeos his mensibus recensui et explicui: Hoc ferme ordine: / } diebus 8 [et] 9 in librum 1 / } diebus 12 [et] 13 in librum 2 / [die] 15 Mutatio ViceRectoratus alio vocavit / [die] 16 In librum 3 / } [diebus] 19 [et] 20 in librum 4 / [die] 22 in librum 5 / [die] 23 in librum 6 / } [diebus] 26 [et] 27 in librum 7 / [die] 29 in librum 8 / [die] 30 in librum 9 / Mense Februario / 2 Festum Mariae a Kimchio abstinuit / [diebus] } 3 [et] 5 in librum 10 / [die] 6 in librum 11 / [diebus] } 9, 10, 12 [et] 13 Nundinae Brunsvicenses auditores avocarunt / [diebus] } 16, 17, 19 [et] 20 in libros 12, 13, 14 [et] 15 / [diebus] } 23 [et] 24 iter Guelferbytanum per negotia Coenobii Kimchio moram dedit / [diebus] } 26 [et] 27 in librum 16 / Mense Martio } 2 [et] 3 in librum 17 / [diebus] } 5 [et] 6 in librum 18 / [die] 9 in librum 19 / [die] 10 in librum 20 / [die] 12 in librum 21 / [die] 13 in librum 22 / [diebus] } 16 [et] 17 in librum 23 / [die] 19 in librum 24 / [die] 20 in librum 25 / [die] 23 in librum 26 / [die] 24 in librum 27 / [die] 26 in librum 28 / [die] 27 in librum 29 / [diebus] 30 [et] 31 Nundinae oppidanae finem Kimchio imposuerant / Studiosum Graecum interea cum aliis resuscitare datum. / Hermann von der Hardt. |
| Quelle | 37 Alt, Nr.211, Heft 2; 37 Alt, Nr. 2534 , Fol.8; fol.36 |

| | |
|---|---|
| Zeitraum | 31.03.1705–31.05.1705 |
| Text | Anno 1705 / Mense Aprilis / Feriis Paschalibus finitis, die 20. Aprilis iter Guelferbytum Academiae nomine fuit suscipiendum. / Novas postea in vasto Philologorum ambitu lectiones orsurus / die 26 Aprilis Programmate publico denunciavi recordita Iudaiorum amuleta, arcana Iudaiorum aenigmata, hoc semestri me demonstraturum ex explicaturum / } [diebus] 27, 28 [et] 30 Iuvenum Iudaicorum discentium amuletum aerea tabula ostendi et ordine explicui: Publico dein programmate gemino repetii / Mense Maio / } [diebus] 1, 4 [et] 5 Coniugam Iudaicorum amuletum aerea figura commonstravi et |

enodavi novoque programmate illustravi / } [diebus] 7 [et] 8 Membranacea Iudaiorum amuleta minuta et ostendi ex scopium ac sententiam detexi accendentibus programmatibus / [v] / } [diebus] 11, 12, 14 [et] 15 Aenigma Iudaiorum צכצכיםֹדיובטימֹאבזףמ צטקמ [?] solvi / } Die 18 Preces pro frugibus coelum solvere suaserunt. / [Die] 19 Novum grande aenigma אצציף זץ [?] extricare coepi / [Die] 21 Festum Ascensionis Christi, Iudaeorum res seclusit / } [Diebus] 22 [et] 25 Deum difficile aenigma porro evolabam / [Die] 26 Disputantes die extraordinaria horam sibi concedi rogarunt / [Die] 28 Disputantes alii die extraordinaria et hora subtraxere horam / [die] 29 Intricatam illud aenigma amplius illustratum, artibus Iudaiorum detectis, additis Programmatibus. / Mense Iunio / [Diebus] 1, 2, 4 [et] 5 Festum Pentecostes ad celsiora vocavit / [38r] / } [Diebus ] 8, 9, 11 [et] 12 Nova amuletorum aenigmata כוגו כוגובמוכגט [?] ex מצצ enucleata / [Die] 15 יוקד [?] / [Die] 16 פצטציק [?] / } [Diebus] 18 [et] 19 לישועצ ־קו יצי יק וק [?] cum similibus amuletorum terisculamentis evolvi, programmatibus iunctis / [Die] 22 רצק [?] Memorabile aenigma declaravi, Programmate accito. / [Die] 23 Disputatio die extraordinario horam subduxit. / [Die] 25 אגלא [?] Aenigma notabile ex genuinis suis fontibus deduxi Programmate subiecto / } [Diebus] 26, 29 [et] 30 אקרןוצקר [?] Arcana Iudaiorum in aenigmate solatia detexi, ex programmate illustravi / Eoque pacto XVI. Programmatibus laudatae Iudaeorum res reconditae his mensibus declaratae. Hermann von der Hardt / Linguarum orientalium Professor.

Quelle: 37 Alt, Nr.2534; 37 Alt 211 H.2, fol.37-38; fol.49-50

Zeitraum: 30.06.1705–31.08.1705

Text: Anno 1705 / Mense Iulio / } [diebus] 2 [et] 3 Mariae, non Iudaeis, haec hora fuit danda. In amuletis Iudaeorum explicandis progressus characteres Iahadonhi et Ioahadunia evolvi / } [Diebus] 6 [et] 7, Nundinae oppidanae alia dedere oculis feria. / } [Diebus] 9 [et]10 Novam amuleti tesseram Asboga enucleavi. / } [Diebus] 13 [et] 14 Aliud amuleti insigne Zadnalbases enodavi, ut et cognatum Kahsamgat. / } [Diebus] 16 [et] 17 Quiste amuleti symbolum Haaschmallebrencheh detexi / } [Diebus] 20 [et] 21 Flebile et alterum aenigma Gemaschba / } [Diebus] 23, 24 Aenigmam Argaman solvi / } [Diebus] 27 [et] 28 } Catharus solvi voluit / [Die] 30 Mutatio Rectoratus alio vocavit / [Die] 31 Symbolum Asti explicatum. / Mense Augusto / } [Diebus 3, 4 [et] 6 Si sum aenigma Tahacuaschiaral et cetera defectum / [die] 7 Consistorium publicum die extraordinario mature inchoatum horam negavit / } [Diebus] 10 [et] 11 Numerosum aenigma Jovahihav etcetera solutum / [Diebus] 13 [et] 14 } Viginti quatuor soles Iudaieorum aenigmatici, Adni Aedi etcetera demonstrati / } [Diebus] 17,18, 20 [et] 21 Nundinae Brunsvicenses Studiosos ad alia vocarunt spectacula / [Die] 24 Amplissimum aenigma Mabbach spectatum / [die] 25 Religiosissimum Bascamla evolatum / [die] 27 Tapssapsia Nenriram [?] versatum / } [Diebus] 28 [et] 31: Iuachzazbiron, Deithronus conspectos / [v] / Mense Septembris / 1. Aenigmaticum Iudaeorum anatomicam Pinchasi ferrum Vaiaavmah etcetera ostentatum et evaginatum. / [Diebus] 3 [et] 4 Dulcissimum libertatis amuletum Ammi neze Kra etcetera apertum / } [diebus] 7 [et] 8 Nundinae oppidanae nostros turbarunt circulos / } [diebus ]10[ et] 11 Delicatissimum thori aenigma Ianhorvah etcetera communicatum / [Die] 14 Parturientium amuletam, Pka, Puk, Kuph etcetera exenteratum [?] / [Die] 15.

| | |
|---|---|
| | Febricitantium Abrekiel, ochrotenus, Armimam, enodatum / [Die] 17 Benignissimum adversus fugam amuletum, Tredecim Middoth, exhibitum / Duorum et septuaginta characterum maeandri flexuosi retexti / [Die] 21 Ultimum Iudaeorum refugium, aenigma Asalmatarpatas demonstratum / Quibus implexos hos circulos clausi et publicis multis Programmatibus illustravi / Superpondii loco proximis diebus summam arcani Iudaeorum libri Schimmuseh Tilcim [?] recensui / Hermannus von der Hardt |
| Quelle | 37 Alt, Nr. 2534; 37 Alt 211 H.2, fol. 39; fol. 32 |
| Zeitraum | 30.09.1705–30.11.1705 |
| Text | Anno 1705 / Mense Octobri / A Festo Michaelis, in novas philologicas lectiones, De ritibus Iudaeorum Antelucaris, Programma edidi / [die] 8 Recensionem exorsus, Iuris Iudaeorum Canonici origines ex fontibus monstravi / [die] 9 Graedia Corporis Iuris Iudaici Volumina, nec minores Glossatorum, veterum et recentiorum, ut et Maimonidis, Rabbi Ioseph Karo, Rabbi Mardochai Iashe similiumque Exegeses et Novellas, advexi, oculis Spectantium exhibui, et quid de singulis observandum, commonefeci / [die] 12 Minora recentiorum, Rabbi Davidis Pardo, Rabbi Iehudae Leonis, Compendia, ostendi et argumentum pertexui / [die] 13 Minhagim Iudaeorum, Polonorum, Italorum, Germanorum, cum figuris, oculis manibusque auditorum tradidi, quid de iisdem sentiendum, ordine recensui Amstelodamensis quoque Synagogae Lusitanicae Praesidem nuper defunctum, Rabbi Izehak Abaal, ex Iudao-christiano-Iudicem, in effigie commonstravi, vitamque recensui / [v] / [die] 15. Christianorum, vel et Conversorum Iudaeorum, veterum et recentiorum, Synopses stiti, ex quod de Margaritae Christiani, Buxtorffiorum, aliorumque Syllogis iudicandum, aserui / [die] 16 Iudaeorum in ipso exilio priscis ritibus inhaerendi pertinentia detecta. / } [diebus] 19 [et] 20 De nimia Iudaeorum licentia inter Europaeos, de eorum literis artibus et fraudibus, typographiis Bibliothecis, Calendariis, iudiciis penis / [die] 22 De precantium Iudaeorum ritibus, servitutis Europaeae symbolis, de vinculis et funibus religiosis quibus viri [?] religiosi vere servi, in conspectu omnium quotidie obstricti. / [die] 23 חאורה [?] Cingulum, quo pectus inter preces devinctum, eius originem, usum veterum, abusum hodiernorum, commonstravi / } [diebus]  26, 27, 29 [et] 30 טליקזטון [?] interulam, antiquitatis tesseram, varii generis, conspiciendam dedi, partes pertexui פיעיק [?] Penicalamenta inprimis Pharisaeorum prolixa, quoad originem, veterum usum sequentium abusum, materiam, numerum ordinem, nodos, explicui. / [41r] / Novembri / } [diebus] 2, 3, 5 [et] 6 פליקאדול [?] Splendidiora pepla et pallia quotidiana et Sabbatica, manibus oculisque Auditorum commisi, particulatim originem, usum apud veteres, partes, periculamenta praecipue defluentia, evolvi / } [diebus] 9, 10 Κρασπιδα [?] et quae hac spectant, in veteri gente Iudaica apud sacros Scriptores celebrata, togarum, palliorum et vestimentorum exempla illustravi / } [diebus] 12 [et] 13 קצלין [?], et quidem primum שלרילש [?] phylacteria capitis adspicienda dedi, omnis generis, pro varia veterum et recentiorum superstitione, evoluta origine, et vireligioso abusu / } [diebus] 16 [et] 17 Nundinae oppidanae in aliud forum nos vocarunt /  } [diebus] 19 [et] 20 טוטצוק [?] apud Mosem, quae capitis fuerint ornamenta, pro orientis decore / } [diebus] 23, 24, 26 [et] 27 De praegrandibus Pharisaicis phylacleriis raro inter Christianos visis, cum magno minoram numero ex discrimine: Quae longa serie demonstravi: per multos |

| | |
|---|---|
| | eorum partes eundo, secta et aperta inspicienda stiti / [v] / [die] 30 Ex vaginis sigillatim schedas cum variis involucris promsi, praelegi et exposui. / Decembri / } [diebus] 1, 3 [et] 4 קצליןשליר [?] Phylacteria brachii similiter minutim pertexui, solvi, secui, erui, et illustravi / [die] 7 ריניקקשכתק [?] De officiis Iudaeorum antelucanis generatim / [die] 8 גריגוק [?] De Canone Vigilanticae: Qui summo mane, ante solis ortum quotidie surgere teneantur, imo religiosiores media semper et intempesta nocte / [die] 10 צניעוק [?] De Canone verecundiae ex modestiae inter surgendum. / [die] 11 בריאוק [?] De Canone Sanitatis, mane summo studio observandae / [die] 14 נקיוק [?] De Canone Munditiae ante lucem procurandae / [die] 15 לתוד [?] De Canone Diligentiae et studiis ante solis ortum sollicite tractandis / } [diebus] 17 [et]18 } Ex ipsis Iudaeorum תנקגיב [?] Amstelodamensibus dialecto ipsorum populari Germanica haec confirmata. Sic ante festum Nativitatis Christi Philologica haec materia absoluta. Dissertationes publicae hanc in rem editae. Hermannus von der Hardt, Linguarum orientalium Professor. |
| Quelle | 37 Alt, Nr.2534, fol.40-41 |
| | |
| Zeitraum | 31.12.1705–28.02.1706 |
| Text | Anno 1706 / Mense Ianuario / [}] [diebus] 11,12,14 [et] 15 Ad Syriaca progressus, eius linguae affinitatem cum veteri Hebraea et Chaldaea, usum dein in Novi Foederis scriptibus intelligendis et explicandis, exemplis declaravi. [/}] [diebus] 18 [et] 19 Characterum ex Hebraicis Chaldacisve originem sigillatim commonstravi, varia scribendi fata subindicans. [/}] / [}] [diebus] Vocalium apud Syros in figuris tum actum, tum genus diversum accensui.[/}] / [}][diebus] 25,26,28 [et] 29 In Nominibus os Chaldaeorum cum Syrorum ore exacte composuimus, ex soni similitudine totius linguae indolem derivando Matthaeus Syrus simul auditus.[/}] / [v] / Mense Februario / [die] Ortum ex vim Praefixorum monstravi Mathaeo Syro consulto. / [die] 2 Maria Syra, Syris imposuit silentium. / [}] [diebus] 4 [et] 5 origines ex genera pronominum explicui, Matthaeo Syro adhibito. [/}] / [}] [diebus] Deum Verborum ex Chaldaica analogia derivavi: Matthaeo Syro in subsidium vocato [/}] / [}] [diebus] 15,16, 18 [et] 19 Nundinae Brunsvicenses aliud Syris dedere negotium [/}] / [}] [diebus] 22,23, 25 [et] 26 Quiscentium verborum naturam et formas illustravi, Syro Mathaeo disserente. [/}] / [35r] Mense Martio / [}] [diebus] 1,2,4 [et] 5 Defectivorum conditionem enodavi. Mathaeo Syro recensente. [/}] / [}] [diebus] 8 [et] 9 Syri ex itinere Wolffenbuttelensi quiescere. [/}] / [}] [diebus] 11 [et] 12 Matthaeus Syrus tertio capiti fecit satis, antiquis maribus detectis. [/}] / [}] [diebus] 15,16,18 [et] 19 Syrus Matthaeus quartum caput eruderavit, veterum Syrorum ritibus commemoratis. [/}] / [}] [diebus] 22 [et] 23 Helmstadiensibus nundinae Syros non viderant [inviderant?]. [/}] / [die] 25 Maria Syra hunc diem sibi soli vindicavit. / [die] 26 Matthaeus Syrus Syriace postremo respondit. / Opusculum Philologicum de officiis Iudaeorum Antelucoris com Scharandaeo absolutum. / Hermannus von der Hardt |
| Quelle | 37 Alt 2535, fol.34-35 |
| | |
| Zeitraum | 01.04.1706–29.06.1706 |
